


**Programma: Quo Ad Exequias, Quas ... Dn. Joachimo Lindemanno, Phil. Et SS.  
Theol. Doctori ... Moestissima Vidua Parabat Die XXIX Dec. Anno MDCXCVIII.  
Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos Qua Decet Pietate, Et Studio  
Invitant Decan. Senior. & Reliqui Colleg. Philosophici Professores : [P.P. Sub  
Sigillo Facultatis Philosoph. Anno MDCXCVIII. d. XXIX. Decembr.]**

Rostochii: Weplingius, 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756285771>

Druck Freier  Zugang






Plac  
orum  
regium.




Vol. 241. (3.) <SON>











31  
PROGRAMMA

QVO AD EXEQVIAS,

QVAS

VIRO MAXIME REVERENDO, AMPLISSI-  
MO, EXCELLENTISSIMO,

DN. JOACHIMO  
LINDEMANNO,

PHIL. ET SS. THEOL. DOCTORI. NEC NON PHYS.  
ET METAPH. P. P. FAMIGERATISSIMO, FCTIS. PHIL.,  
DUM VIVERET, DECANO SPECTATISSIMO, UT  
ET AD D. MARIE ARCHI-DIAcono LON-  
GE MERITISSIMO

MOESTISSIMA VIDUA PARABAT

DIE XXIX DEG. ANNO MDCXCVIII.

OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES ACADEMICOS  
QVA DECET PIETATE, ET STUDIO  
INVITANT

DECAN. SENIOR. & RELIQUI COLLEGI  
PHILOSOPHICI PROFESSORES.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.





*Memoria Justi est in benedictionem;*  
Optimum sapientissimi quondam  
Regis Salomonis est effatum. *Prov.*  
*x, 7.* Quorum verborum, He-  
braismus si evolvatur, planus ac  
simplex sensus hic est: *Fama Juste*  
*est celebris & plausibilis.* Haud  
male exponente *Varabio.* Et oppo-  
nitur constans hæc Justorum me-  
moria Famae impiorum quæ cum

cadavere ipsorum perire dicitur, quando Sapientissimus *Salomo* addit: *nomen improborum marcescit.* q. d. Fieri potest, ut improbus, dum scelus occultat, justus & probi viri aliquandiu fama nominis fruatur; Sed ut flos emarcescit paulatim & ut caro putrescit, quæ fale non conditur: sic fama, quæ sine fructu virtutis aut divinæ sapientiæ fale ventilatur. Contra fama justorum floret, omnium in ore memoria ipsorum, si qua occurrit, venerabilis illa est cunctis. Vid. *Baynus.* Nec tantum floret hæc fama justis viventibus, vivit & post funera virtus, Dignumque laude virum Musævetat mori. Hinc & *Rabini* tam veteres quam recentiores his ipsis Sapientissimi Regis verbis, abbreviatis scilicet more suo, memoriam defunctorum suorum, imprimis *Rabbinorum*, commendare solent, si forte in scriptis suis ab ipsis citentur. Sic nec à *Christianis* mos hic memoriam justorum commendandi plane improbatur, quin potius cana eaque pia antiquitas eundem sedulo observaverit. Testantur id veterum *Diptycha, tabulae ecclesiasticae, item catalogi Martyrum, ex quibus deinceps Menologia Meneæ & Martyrologia* fuere nata. Quæ quamvis quidem ob impuriorum seculorum superstitionem in abusum quendam degeneraverint; abusus hic tamen usum quoque legitimum ac licitum tollere minime debet



debet. Et sic etiam nos ex monito *Salomonico*, atq; exem-  
plo veterum memoriam *Iustorum* pariter ac *Eruditorum* pie  
*defunctorum*, absq; superstitione tamen *Papali*, celebrem  
habemus, ut nimirum *natales*, *vitam*, ac *facta* ipsorum con-  
signemus, decenti elogio ornemus, & si qua occurrat occa-  
sio, non sine laude eorundem recordemur, præsertim ulti-  
mis hisce ac vere pessimis temporibus, ad quæ prohi dolor  
reservati sumus, quibus *Iusti* deficiunt, docti desiderantur.  
Egregie certe *Daniel Heinsius* in obitum *Philippi Cæveri*,  
*Geographi Celeberrimi*. Nunc, cum hoc præsertim tempo-  
re magnorum tanta sit penuria ac paucitas virorum, ut, cum  
singulis, qui moriuntur, ipsa prope eruditio ac litera efferrè  
videantur, cavendum nobis vel imprimis reor, ne quos ad  
exempla laudum atq; æternitatem nominis natura genuit,  
sine ullâ commendatione tanquam fugitivi elabantur. Ita  
est! Clarorum virorum facta literis mandanda sunt, non so-  
lum ad gratam eorundem recolendam memoriam: sed  
etiam ad studium similium virtutum in animis aliorum  
excitandum. Habet enim acres in animis excelsis ad vir-  
tutem stimulos eorum, qui cum laude vixerunt, per  
exemplum quasi per speculum vivum atq; ardens pro-  
positum, accensâ æmulatio! Siftitur, vobis Cives Aca-  
demici exemplum hodie certe rarum, dum *Virum Ma-*  
*xime Reverendum, Excellentissimum atq; Amplissimum DN JO-*  
*ACHIMUM LINDEMANNUM; S. Theol. Doct. Celeber-*  
*rimum Metaph. ac Phys: in hac alma Prof. Publ. Ordin. famigera-*  
*tissimum S ad D. Mar. Archidiaconum longe meritissimum,*  
*Collegam nostram eheu desideratissimum præmaturâ morte no-*  
*bis ereptum non sine lacrymis lugemus. Non fit memoria*  
*hujus Iusti ac Eruditi sine benedictione quali qualicunqve*  
*nostra. Sed utinam hic nobis Ciceronis s'vada Demosthenis*  
*eloquentia esset. Plinius Junior de Virginio Rufo, qui laudi-*



dis suæ assertorem consecutus erat ævi sui disertissimum  
*Cornelium Tacitum*, dicit, hunc supremum ejus felicitati ac-  
cessisse cumulum, laudatorem eloquentissimum. Verum enim  
vero quamvis hic quidem balbuties nostra eloquentiam  
nullam erudito orbi promittere queat circa laudes Viri,  
qui laudari satis nequit, quamvis etiam non ignari si-  
mus illius veteris: *Malum peccatorem bonam formam im-  
peritiâ suâ deteriore reddere.* Pietas tamen nostra erga  
pie defunctum plane silere non permittit. Hinc divinum  
Tanti Viri ingenium rudi saltem adumbrare penicillo,  
vitæq; præclare actæ curriculum absque verborum pom-  
pōso ornatu recensere conamur. Natus est LINDEMAN-  
NUS Noster *(seculi)* ille *presentis ævi* *vires* *Phœnix* hœc  
Rostochii Anno. 1662. d. 7. April. ex Majoribus suis  
omni nostrâ laude majoribus. *parentem* habuit Virum quon-  
dam Plur. Rev. ac Ampliff. DN. JOACHIM. LIN-  
DEMANNUM, primo ad ædem S. Petri per XIIII.  
annos Diaconum, deinceps ad D. Mariæ Archidiaconum  
per VII. annos meritissimum, ac propter incomparabilem  
quædam acceptissimum. *Materem* vero veneratus fuit  
Matronam omni pietatis ac virtutum splendore valde  
conspiciam EVAM Goldsteins /quæ adhuc dum long  
ga annorum serie clara superstes, obitum hunc præma-  
turum sui Charissimi Filii mœstissima luget. *Avus* *paterna*  
*linea* fuit VIR quondam Præ-Nobilissimus Excellentiff.  
ac Ampliff. THOMAS LINDEMANNUS Hervordiâ West-  
phalus J.U.D. Ejusque Prof. P. in hâc alma meritissimus, si-  
mulq; civitatis hujus Syndicus, & Comes Pal. Cæsar. nec  
non Confiliaris Serenissimi Ducis Mekl. quondam regentis  
DN. ADOLPHI FRIDERICI gloriosæ recordationis. *Avia*  
*ejusdem Paterna Linea* fuit ELISABETHA HAHNIA ex Pa-  
tricio HAHNIORUM stemmate hic oriunda, quæ deinceps,  
pie



pie jam defuncto DN. D. THOMÆ LINDEMANNŌ,  
nupſit JG to & Practico Celeberrimo DN: D ADOLPHO  
FRIDERICO AB HAGEN. *Avus Materna linea fuit VIR*  
qvondā Maxime Rev. ac Ampliff. DN. M. JOANNES Gold-  
ſtein/ alias Chryſolithus, Paſtor hic Nicolaitanus & Eccleſi-  
arum Roſtochiensium Superintendens meritiffimus. *Avia*  
*Ejusdem materna linea fuit DOROTHEA Alwarten. Proavū*  
ex paternā lineā habuit Virum qvondam ſpectatiſſimum Dn  
HINRICUM LINDEMANNUM Civem Hervordien-  
ſem in Weſtphalia inclytum. *Proaviam* vero ex eadem linea  
ANNAM KIRGHOFFS. *Proavus Materna linea fuit VIR*  
qvondam Spectatiſſimus DN. JACOBUS Alwart/ Civis  
ROSTOCHIENSIS Optimus. *Proavia* ejusdem linea CA-  
THARINA DUNCKERS. Ut celeberrimū qvondam  
*Patrum* ipſius Virum Maxime Rev. Excell. Ampliff. DN.  
THOMAM LINDEMANNUM SS. Th. D. Ejusq; Prof.  
Publ. heic Roſtochii; & deinceps Eccleſiæ Tevtonicæ ap.  
Haſſniensēs meritiffimum, aliāq; ſtemmatis decora hāc  
vice taceamus. Hiſce Celeberrimis Majoribus BEATUS  
Noſter Collega natus Majorum qvoq; veſtigia feliciter  
ut legeret, omnem navarunt operam Parentes, imprimis  
vero optima Mater. Hæc enim, Patre ipſi puero 7. anno-  
rum per mortem abrepto *Anno vimirum 1669. in Decembr. in*  
formatores eidem aluit privatos, qvi ipſum omni doctrinæ  
virtutumq; genere imbuere omni ſtudio allaborarunt.  
Prima tyrocina fecit ſub DN. ZACHARIA SCHRO-  
DERO, nunc Phil. Mag. & Paſt. Eccleſiæ Sülzenſis in vi-  
ciniā meritiffimo. *Qvæ* deinceps continuavit ſub DN.  
M. MATTHÆO LAURENTIO, ad. D. Mariæ Diacono  
qvondam fideiſſimo, qvi cum Sororem Collegæ Noſtri  
pie defuncti thoro associatam haberet, nihil omiſit, qvōd  
ad exornanda ſtudia facere potuit. Sed illo nimis mature  
defuncto, fidei DN. M. JO. JUSTI MOHRII, primum  
A 3 Scho



Scholæ hujus Oppidanæ Con-Rectoris, mox & Rectoris  
commiffus fuit, cujus dexteritati multum studia fua de-  
bere sæpe professus fuit Beatus Noster. Tandem vero &  
Præceptorem habuit DN. M. JO. MANZELIUM Gr.  
L. tum temporis apud nos Profess. P. mox Gymnafii Gultro-  
viensis Rectorem, nunc vero Ecclesiæ Neo-Caldensis in  
Ducatu Gultroviensi Pastor. & Synodi simul Neo-Calden-  
fis atqve Dargunensis Præpositum optime merentem, qui  
cum Sororem Beati Nostri viduam tunc Laurentianam  
matrimonio rursus junctam haberet, omni itidem industria  
studia ejusdem expolire perrexit. Sic autem optime in-  
structus ad altiora tendere cœpit. Et quidem primo Aõ.  
1679. Mense Majo Illustrem *Vittembergensium Academiam*  
saluavit, ibidemqve Hospitem sibi selegit venerandum il-  
lum hodie Theologorum Senem VIRUM Magnificum  
Maximè Rever. Excellentiss. Dn. D. JO. DEUTSCH-  
MANNUM, Profess. Theolog. longe Celeberrimum &c.  
Qvo Duce privatim respondendo & opponendò sæpe expeditum se exhibuit, hacq; ratione præclara Theologiæ jecit  
fundamenta. Hujus Celeberrimi Theologi consilio infor-  
matore quoq; in Philosophicis usus est DN. M. GEORG.  
Schwarzen Ordinis Phil. tum Adjuncto, mox S.S. Theolog.  
Doct. & Præposito Stargardia-Pomerano simulq; Gymna-  
sii Profess. jam p. m. sub cujus præsidio elegantem de *Ob-*  
*ligatione Conscientiæ Disputationem A. 1679* omnium cum  
applausu publice habuit. Præter hos suos Præceptores &  
alios adhuc, ut B. DN. D. CALOVIUM, B. JO. MEISNE-  
RUM, B. DN. QVENSTEDIUM Theologos quon-  
dam insignes, aliosqve tum temporis Philosophos summo  
cum fructu studiorum suorum audivit. Anteqvam vero  
*Vitebergâ* discederet, & alia delicatiora *Saxonia & Misnia*  
loca invisere placuit, inter quæ *Dresda & Hala* eminent,  
ibi-



ibidemque curiosiora multa & memorabilia in usum su-  
um observavit. Sequenti vero anno ad *Academiam Patri-*  
*am* reversus, quo ad divinarum imprimis doctrinarum  
sacra penetraret, intimæ admissionis discipulustum  
temporis hæsit, VARENI, COBABI, SIRICII, &  
SCHOMERI magni nominis Theologorum, jam iti-  
dem beate defu-  
torum. In specie sedulus auditor ac  
athleta fuit in Pa-æstrâ Disputatoriâ Theologicâ tum ab  
immortali illo Theologo B. SCHOMERO apertâ, oâ-  
que tam privatâ *Anti-Jesuiticâ*, quam publica *Anti-Socinianâ*.  
*Disputationem* quoque quendam publicam habuit Præside Ma-  
gno VARENIO in Collegio Eiusdê disputatorio super universam  
*Theologiam A 84*, nempe de *Proto-Canonicis*, & *Deutero-Canonicis*  
*Scripturæ libris*. Quadriennio sic summâ cum laude con-  
sumto vicinam quoque *Academiam Greiffswaldensem* alias-  
que *Pomeraniæ* urbes ex ardore sciendi perlustravit. Mox  
vero rediens eodem anno 84. *Lauream Magisterialem* mo-  
deste ambit, eundemque quoque *Brabensâ*, & *Dicano* tum  
*Excellentiss. ac Ampliss. DN. M. CHRISTIANO HIL-*  
*TEBRANDO*, Log. P. P. & Facult. Phil. Seniore Graviss-  
simo, Collega nostro colendissimo, non sine laude impetra-  
vit. Quos honores ut iueretur ceu legitimus Olympionices  
varia passim *Collegia Philosophica* in usum Studiosæ Juven-  
tutis aperuit, nec sine insigni Studiosorum & concur-  
su & applausu eadem absolvit. Nec minori cum laude  
ac gratiâ tam plebis, quam Eruditorum omnium sæpe  
ê suggestu Sacras conciones sum mâ cum eloquentia ha-  
buit, jamque novum meditabatur iter. Duobus ergo eruditi-  
onis plane singularis editis speciminibus: altero nimirum  
*declamatorio oratione sc. de literaria æstium venatione A. 85.*  
*d. 12. Mart.* hab. memoriter, quâ simul munifici illius *Benefi-*  
*cii Poleyani* Administratoribus gratias pro collatione mu-  
neris



neris hujus agebat: altero *disputatorio*, quo ut *Præses* disp.  
de *veritate Imperante* seqv. proxime 21. *Mart.* in Auditor  
Maj. perquam expedire pro ingenii alacritate habuit. Sic  
Patriæ se comendans eodem *Mo. 85. Vitembergam* iterum adiit  
*per Sedinum, & Berolinum* elegantissimas urbes itinere suo  
directo. Hospitem jam nanciscebatur Theol. illum famigera-  
tissimum B. jam DN. D. ABRAH. CALOVIUM inque æ-  
dibus DN. KIRCHMAIERI Eloqv. P. P. & Acad. Viteber-  
gensis Senioris commorabatur. Hic denuo summo cum  
ardore Studiorum suorum telam pertexere laboravit, au-  
diens in *Homilicis* Eloquentissimum DN. D. JO. FRID.  
MAYERUM tum Prof. Theol. Vitebergensem jam Theo-  
logum Celeberrimum Hamburgensem. Quo duce ver-  
ba frequenter è suggestu fecit. In *Theologicis* informato-  
rem tum quoque habuit B. DN. D. MICH. WALTHERUM  
supra B. KONIGII Theolog. Positiv. privatim le-  
gentem. In *Geographicis* pendebat ab ore Consummatissimi  
illius Polyhistoris DN. SGHURTZFLEISCHII. Nec  
hoc modo *Discipulus* heic tantum fuit; sed & *Doctor*. Hujus  
vero jura ac privilegia ut à *Facultate Philosophicâ* impetra-  
ret duas habuit *disputationes publicas*, quibus se pro more  
Academiæ illius, ut vocant, habilitavit. *Alteram* sc. ha-  
buit ut *Respondens* sub Præsidio DN. ROHRENSÉE super  
*duodecadem Thesum selectarum, Moralium*; alteram vero  
ut *Præses de fortuna sabro. mens. septembr.* ejusdem *Ann.*  
*85.* Et sic potestatem legendi impetrans unum alterum-  
ve Collegium Philosophicum ibidem rursus non sine ap-  
plausu Studiosæ Juventutis habuit. Heic, excursionem  
quandam faciebat ad vicinam *Academiâ Lipsiensem* omnis  
elegantix sedem, & perquam benevole ibidem exceptus  
fuit à Maxime Reverendis Theologis DN. D. ALBER-  
TI, DN. D. CARPZOVIO, DN. D. PFEIFFERO &c.  
diem



diem autem extremum obeunte sub initium seq. anni 86.  
Celeberrimo suo Hospite CALOVIO, qui moribundus  
Beato nostro singulariter benedixerat, mox redire qui-  
dem ad suos volebat; sed diu subsistere animus non fere-  
bat, cum peregrinandi ipsum incessisset voluptas. Hinc ad  
*Belgium* cursum suum dirigebat, adeoque media illius  
anni æstate *Hamburgi* navem conscendens oram *Frisia*  
*Orientalis* præternavigando, & *Gorcomum* ac *Siavordam*  
contemplatus ad *Hollandia Septentrionalis* civitatem *Enkbyfars*  
tendens *Amstelodamum* appulit. Mox per *Harlemum* ad Acade-  
miam *Leydensem* venit, *Witichium*, *Gronovium*, *Woldecum*  
aliosque Professores audiens, rarumque simul Medicorum  
ibi hortum & Theatrum anatomicum perlustrans. Inde  
*Hagans Comitum* & *Roterodamum* excurrit, tandemque  
autumno jam ingruente *Trajectum* adhuc vidit, ibique  
*Leydekkero*, *Gravio* aliisque Viris Eruditis innotuit. Tum  
per sinum maris navi *Zwollam* transportatur, indeque per  
*Benthemensem* Comitatum & *Monasteriense* territori-  
um *Bremam* venit, & sic tandem ad oras nostras  
iterum accedit. Varia hic rursus *Collegia Philoso-*  
*phica* solito cum applausu studiosæ Juventuti expo-  
nit, doctrinamque disputationem quendam de *præjudiciis Phi-*  
*losophicis* d. 87. d. 9. Apr. ut *Præses* publice ventilat. Anno  
sequenti nempe 88. iter denuo novum, idque *Danicum* ingredi  
cupiebat; Sed plane ex improvise ipsum retrahit dulcissima  
Patria, dum ab Amplissimo hujus Urbis Senatu ad vacan-  
tem *Archidiaconatum* *edis Mariane* præsentabatur, mox-  
que d. 30. Maj. per 120. vota eligebatur, succedens B. DN.  
M. LUDOVICO BARCLAI, qui quondam B. Ejus *paren-*  
*vis* supra laudati *successor* fuerat. Munere sic publico or-  
natus de *travissima* quâdam *Conjuge* jam fuit sollicitus.  
Accepit quoque Virgine tum Nobilissimam omnibusque vir-  
tutibus elegantissimis exornatam ANNAM KORT-  
HOLTI-

B

HOLTI-



HOLTIAM, VIRI quondam Magnifici, Máxime Rev.  
Excellentiss: ac Amplissimi DN. CHRISTIANI KORT-  
HOLTI, SS. Th. D. Ejusq; ap. Kilonienses Prof. Prim. ac A-  
cademiæ Ejusdem Pro-Cancellarii jam p. m. Filiam. Quæ tū  
in ædibus Magnifici quondam Consulis Urbis nostræ Dn.  
DIETERICI Wolfraths/ jam p. m. commorabatur,  
ab *Aviâ* ANNA KIRCHHOFFIA educata, Vidua eheu  
jam mœstissima. Cum quâ svavissime ac conjunctissime  
hactenus vixerat, ut versus *Pœtia Veteris* de illis usurpan-  
dus veniat: *Corporibus geminis Spiritus unus erat. Ex ea li-  
beros genuit 4.* Ex quibus una est Filia ANNA ELISABE-  
THA adhuc in vivis, reliqui vero Filii, nempe: JOACHIM  
CHRISTIAN, JOACHIM HINRICH, & JOANN. CA-  
SPAR. Ex quibus ultimus adhuc superstes, duo vero  
piores jam ad cœlites abierunt. Triennio post ad laudati  
jam *Societ.* Dn. D. KORTHOLTI, invitationem per *Cum-  
briam* profectus *Kilonium* venit, ubi favorem Professorum  
imprimis Dñ. D. FRANCKII, Dñ. D. MAJORIS, CLASE-  
NII, ut & GEORGII PASCHII Affinis sui honoratissimi si-  
bi conciliavit. Abhinc *Gottorpium* profectus *Bibliothecæ  
eius* ibidem celebremq; *Globum* non sine animi del. Statione  
conspexit, admissus simul â Maxime Rever. tum temporis  
ibidem Superintendente Generali DN. C. H. SANDHA-  
GENIO, Affine tuo honoratissimo jam p. m. Et reli-  
quam quoq; *Holsatiæ* partem eodem itinere peragravit. Nec  
sine fructu, nec frustra. Cum & exteri tum peregregiis  
certe Beati Nostri donis allekti rationem ejusdem habere  
cœperint. Sic enim primo Reverendissimus DN. EPI-  
SCOPUS LUBECENSIS Eutinæ in Holsatiâ residens, Ec-  
clesiasticam ipsi functionem in aulâ clementer offerre pro-  
penderat, quam quoq; accepisset, nisi Auditores ipsius  
Mariani precibus suis tam charum sibi pignus retinuisent.  
Quo etiam fiebat, ut Præ-Nobilissimus ac Amplissimus SE-  
NA-



NATUS Noster, Compatronus Academiae Nostrae  
Munificentissimus *Professionem Physicæ & Metaphysicæ Or-*  
*dinar*, benignissime ipsi demandaret, ad quam quoque;  
*Anno 1692. Mens. Septembr.* solemniter fuit introductus, præ-  
via inaugurali oratione de *Philosophia contra Novaturientium*  
*cenfuras vindicanda*. Deinde *Uismariensis* B. nostro  
affectum suum contestaturi Pastorum Nicolaita-  
num & Regii Consistorii ibidem *Assessoratum* ipsi offere-  
bant; sed ob plane singularem Auditorii sui in se amorem  
gregem suum relinquere noluit. Mox & An. 95. nomen  
suum professus *Facultati Theologica Academia nostrae Rebe-*  
*rendissime*, & quidem *Decano Seniore* Ejusdem Magnifico  
Maximè Reverendo Excellentissimo ac Amplissimo DN.  
D. ANDREA DANIELE HABICHHORSTIO, SS. Th.  
Prof. celeberrimo & Consistorii Duc. Assessore Gravissimo,  
Collegii Prof. Ducal. ut & F. C. tis Theol. Seniore meritissimo,  
Collega ac Fautore nostro perquam colendo. Admissus quo-  
que quam lubentissime fuit, & rigoroso Examine cum laude  
exantlato *d. 9. April. Hora pro & postmerid. Disputationem su-*  
*am Inauguralem* eleganter conscriptam de *Sanctorum cum*  
*Christo Redivivorum Resurrectione ex Matih. xxvii. 52. 53.* cum  
applausu totius Auditorii feliciter habuit; Præside modo lau-  
dato *Decano* Maximè Spectabili. Quo *Promotore* eodem quoque  
Anno *Summi* ipsi in Theologiam collati sunt honores, quos *Do-*  
*ctoratum* appellare solemus. Ceterum utramque suam *Spa-*  
*tam publicam tam Ecclesiasticam, quam Academicam* per gre-  
gie huc usque ornavit, Auditorium suum Ecclesiasticum sua-  
dâ suâ plane admirandâ ita docens ac flectens, ut pro altero  
haberetur *Chrysostomo*. Quo de testari poterunt *Scripta quæ-*  
*dam sacra Germanica* typis excusa. Ita & Auditorium Aca-  
demicum non minori cum eloquentiâ ac eruditione fatia-  
vit, partim *curiosissima Collegia, tam publica, quam privata* ape-  
riendo, eademque summâ tum dexteritate ac sedulitate  
B. tra ctan-



tractando: partim *discretissimas Oraciones* de curiosis materiis habenda: partim *Disputationes* aliaque scripta edendo, quæ in omnium versabuntur manibus. Quibus etiam accessissent *Dubia. 4. Evangelistarum rarius occurrentia, nec satis explicata, si vita diutius concessa ipsi fuisset.* At vero cum serena viderentur auspicia, in speratus Viri Divini obitu, nescio quo modo? lumen illud obnubilavit, ac acerbissimo luctu totam Academiam pariter ac familiam confudit. Usq; adeo nihil in humanis rebus certum est. Mors sola certa; de quo admodum pie *Magne Britannia Rex Carolus I.* indignissime à suis subditis occisus in libello sub tit: *εὐκὼν βασιλικῆν p. 248. Gratias Deo habeo, nec in secundis meis vota erat mihi hæc: moris medicatio, nunquam importuna existimanda cum sine illa tam incerta. Est enim mors Eclipsis ejusmodi, quæ insu- do æque fit, ac nubilo tempore.* Sed veniendum ad extrema Viri. Sic enim admodum fatalis nobis est *d. illex mensis hujus Decembris*, quo, postquam per ostidium, & quod excurrit, cum vehementissimo conflictatus fuisset morbo, ab eodem tandem superatus in medio ætatis flore eheu desloruit, ultimumq; suum vale vobis omnibus dixit. Hinc dolor, hinc lacrymæ! Luget Cathedra, luget suggestus, ipsi te lapides, ipsa Te Ligna LINDEMANNE vocant, luget splendidissima familia, luget tristissima Conjux, luget mœstissima Mater, lugent delicatissimi liberi, luget fravissima Soror, lugent affines ac cognati reliqui omnes; Lugent Collegæ, lugent auditores, lugent boni omnes, & quasi uno ore non sine singultibus Tibi acclamamus omnes: *Ab Pater! Ab Pater! currus Israelis & ejus exercitus!* Dominus vero, qui nos afflixit, suo nos solatio iterum recreet. Sitq; in primis etiam tristissima Conjugi loco Mariti, Mœstissima Matri loco auxiliatoris, liberis instar Patris. Reliquum est, ut tempus exequiis solemnibus destinatum indicemus. Effertur nimirum suus Dilectissimi quondam Nostri Collegæ Hodie Hora 1. Conventus autem erit in æde Marianâ Præter rem autem faceremus profecto, si quemquam Vestrum Cives Academici, una ire impeniis vel rogaremus vel hortaremur, quod scimus universos ultro & frequentissimos, quâ fieri potest, facturos, & sat scimus, quod postremum hoc pietatis & humanitatis officium ac sola nominis LINDEMANNI, quod singulariter hoc meretur, mentio omnes bonos fortius obstringet, quam ullius hominis aut Scripti invitatio

P.P. Sub Sigillo Facultatis Philosoph.


ANNO MDCXCVIII. d. XXIX. Decembr.

☉(0)☾






















the scale towards document

09A

Image Engineering - Scan Reference Chart - TE263 - Serial No.

ges ac Principes sæpè attoniti audivere : Sua-  
minentis vim , non secus ac Demosthenici  
petum imperij Proceres sæpè sensere. De  
non tantum privati, sed & publici partibus,  
inis forma, de religionis purioris vindicijs,  
ibus rectè instituendis, litium prolixis telis  
ad publicam salutem conservandam necessa-  
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-  
lut alter Sulpitius, studio, usu, experienciâ, &  
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientiâ  
planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij  
storû disertissimû & oratorû jurisperitissimû  
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate  
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-  
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-  
peris continentia, in fortunæ instabilitate  
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes  
umniarum, invidiæ & livoris ictus ac morsus  
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis  
& occupatissimus fuerit, semper tamen  
in respexit, ejus ut quondam alumnus, ita  
as defensor, imò & excultor perpetuus fuit.  
ioz. viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-  
fente, eidem in officio susceptus & in collegium Juridici  
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vitæ statione fidum  
siones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &  
iri & Labeonis Jcti exemplo annum quasi cum labori-  
quibus tamen cum sensu nimis irretiri & aulæ astringi  
caria viri consultissimi Christiani Obmichij J. D. exitij,  
demicum sibi creditam, luculenter fœneravit. Virtuti-  
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus  
mavit, seq; invictum reddidit : ast à morbis corporis se-  
otius quò animo fortior, eò semper fait corpore debilior:  
um in itinere quodam officij ratione suscepto, correptus  
ti initio typum tertianæ simplicis gessit, ita non multò  
sentavit, & in ædis inducijs indultis, majori paulò post  
ruans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,  
Accesserunt lienis & mesaræi obstructions, & quart-  
ples scorbutus, perennis itidem à capite ad fauces & pul-  
alcens indelinens tussis, cujus vehementia, venula pul-  
monum